viskā, ir niekas jū neišplēš iš Tēvo rankos. Aš ir Tēvas esame viena.“ Ir vėl žydai stvėrėsi akmenų, norėdami jį užmušti. O Jėzus paklausė juos: „Tėvo valia esu jums padaręs daug gerų darbų. Už kurį gi darbą jūs užmušite mane?“ Žydai jam atsakė: „Ne už gerą darbą užmušime, bet už piktžodžiavimą, kad tu, būdamas žmogus, dediesi Dievu.“ Jėzus atsakė: „Argi jūsų Įstatyme nėra parašyta: „Aš tariau: jūs esat dievai“!? Taigi Įstatymas vadina dievais tuos, kuriems skirtas Dievo žodis, ir Raštas negali būti panaikintas. Kaip tad jūs galite sakyti tam, kurį Tėvas pašventino ir siuntė pasaulin: „Tu piktžodžiauji“, kai jis pareiškė: „Aš – Dievo Sūnus!“? Jei aš nedarau savo Tėvo darbų, – netikėkite manimi! O jeigu darau ir manimi netikite, – tikėkite darbais, kad pažintumėte ir suprastumėte, jog Tėvas manyje ir aš jame.“

Ofertorijus

Ps 58, 2. Mano Dieve, gelbėk mane nuo mano priešų ir išvaduok nuo tų, kurie sukyla prieš mane.

Sekreta

Leisk mums, gailėstingasis Dieve, atnašauti Tau su nuoširdžia pagarba permaldavimo ir šlovės auką. Per mūsų Viešpatį...

Præfatio de sancta Cruce

Vere dignum et iustum est, æquum et salutære, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vince-rétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Domina-tiónes, tremunt Potestátes. Cæli cæ-lorúmque Virtútes, ac beáta Séra-phim sócia exsultatióne concéle-brant. Cum quibus et nostras voces ut admítiti iúbeas, deprecámur, súp-plici confessióne dicéntes: Sanctus.

Communio

Ps. 25, 6–7. Lavábo inter innocéntes manus meas, et circuíbo altáre tuum, Dómine: ut áudiam vocem laudis tuæ, et enárrem univérsa mi-rabília tua.

Postcommunio

Cæléstis doni benedictióne percépta: súp-plices te, Deus omnípotens, deprecámur; ut hoc idem nobis et sacraménti causa sit et salútis. Per Dominum nostrum...

Oratio super populum

Humiliáte cápita vestra Deo.
Adésto supplicatió nibus nostris, om-

Šv. Kryžiaus prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve. Tau, kuris žmonių giminės išgelbėjimą Kryžiaus medyje įtvirtinai, kad, iš kur mirtis kilo, iš ten ir gyvenimas prisikeltų; ir kas medžiu laimėjo, medžiu būtų ir nugalėtas, per Kristų, mūsų Viešpatį. Per kurį Tavąją didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, dreba galybės. Dangūs ir dangų kunigaikštystės, taip pat ir palaimintieji serafimai bendrai džiūgaudami ją šlovina. Liepk, prašome, kad tarp jų būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu sakan-tys: Šventas.

Komunija

Ps 25, 6–7. Plaunu su nekaltaisiais savo rankas ir vaikštau apie tavo altorių, Viešpatie. Viešai skelbiu tavo garbingumą, garsiai pasakoju apie tavo nuostabius darbus.

Postkomunija

Priėmę dangiškosios dovanos palaimą, Tave, visagali Dieve, nuolankiai maldaujame, kad ji padėtų mūsų šventumui ir išganymui. Per mūsų Viešpatį...

Oracija už žmones

Nusilenkite Dievui.
Priimk, visagali Dieve, mūsų mal-

nípotens Deus: et, quibus fidúciam sperándæ pietátis indúlges; consu-étæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dominum nostrum...

davimus ir malonék suteikti savo malonę tiems, kuriems įkvėpei savo gailėstingumo viltį. Per mūsų Viešpatį...

KETVIRTADIENIS PO I KANČIOS SEKMADIENIO

Šios dienos Evangelijoje ir skaitinyje pateikiamos jaudinančios maldos prašant atleidimo, pilnos tikėjimo Dievo gailėstingumu. Kaip ir seniai praėjusių laikų atgailaujantys nusidėjėliai per Kančios laikotarpį mes privalome iš šių maldų pasimokyti atgailos būtinumo ir neišmatuojamos vilties, kurią turime turėti.

Introitus

Dan. 3, 31. Omnia, quæ fecísti nobis, Dómine, in vero iudício fecísti: quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obcédívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multitúdinem misericórdiæ tuæ.

Ps. 118, 1. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini.

Collecta

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut dígnitas condiciónis humánæ, per immoderántiam sauciáta, medicinális parsimóniæ stúdio reformétur. Per Dominum nostrum...

Lectio

Léctio Daniélis Prophétæ (Dan. 3, 25 et 34–45)

In diébus illis: Orávit Azarías Dóminum, dicens: Dómine, Deus nos-

Introitas

Dan 3, 31. Visa, ką tu mums padarei, Viešpatie, padarei teisingu teismu, nes mes tau nusidėjome ir tavo įsakymų nesilaikėme. Tačiau šlovink savo vardą ir elkis su mumis didžiai gailėstingai.

Ps 118, 1. Palaiminti nesuteptieji kelyje, kurie laikosi Viešpaties įstatymų.

Kolekta

Suteik, meldžiame Tave, visagali Dieve, kad žmogaus prigimties orumas, pažeistas nesaikingumo, būtų atstatytas uolia ir išganinga atgaila. Per mūsų Viešpatį...

Skaitinys

Skaitinys iš pranašo Danieliaus knygos. (Dan 3, 25 ir 34–45)

Anomis dienomis: Azarijas meldėsi Viešpačiui: „Viešpatie, mūsų Dieve!

ter: ne, quæsumus, tradas nos in perpétuum propter nomen tuum, et ne díssipes testaméntum tuum: neque áuferas misericórdiam tuam a nobis propter Abraham diléctum tuum, et Isaac servum tuum, et Israel sanctum tuum: quibus locútu es, póllicens, quod multiplicáres semen eórum sicut stellas cæli et sicut arénam, quæ est in lítore maris: quia, Dómine, imminúti sumus plus quam omnes gentes, sumúsque húmiles in univérsa terra hódie propter peccáta nostra. Et non est in témpore hoc princeps, et dux, et prop'héta, neque holocáustum, neque sacrificium, neque oblátio, neque incénsus, neque locus primitiárum coram te, ut póssimus inveníre misericórdiam tuam: sed in ánimo contríto et spírítu humilitátis suscipiámur. Sicut in holocáusto aréum et taurórum, et sicut in mílibus agnórum pínguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi: quóniam non est confúsió confidéntibus in te. Et nunc séquimur te in toto corde, et timémus te, et quaerimus fáciem tuam. Ne confundas nos: sed fac nobíscum iuxta mansuetúdinem tuam et secúndum multítudinem misericórdiæ tuæ. Et érue nos in mirabílibus tuis, et da glóriam nómini tuo, Dómine: et confundántur omnes, qui osténdunt servis tuis mala,

Dél savo švento vardo neatmesk mūsų amžinai, nepanaikink savo sandoros. Neatitruk savo gailestingumo nuo mūsų dėl savo bičiulio Abraomo, dėl savo tarno Izaoko ir dėl savo šventojo Izraelio. Jiems tu pažadėjai padauginti palikuonis kaip dangaus žvaigždes, kaip smiltis ant jūros kranto. Tačiau, Viešpatie, tapome mažesni už bet kokią tautą, esame pažeminti šiandien visame pasaulyje dėl savo nuodėmių. Neturime nėnai nei kunigaikščio, nei pranašo, nei vado; nei deginamosios atnašos, nei aukos, nei aukojimo, nei smilkalų; nei vietos aukoti pirmienoms ir rasti tavo gailestingumui. O, kad atgailaujančia širdimi ir nuolankia dvasia būtume tau taip mieli, kaip deginamosios aukos avinų bei jaučių ir kaip tūkstančiai riebių avinėlių! Tokia tebūna mūsų auka šią dieną tavo akivaizdoje ir tau maloni, nes tavimi pasitikintys nenusivils. Dabar mes sekame tavim visa širdimi, bijome tavęs ir ieškome tavo veido. Nepalik mūsų skendėti gėdoje, bet elkis su mumis pagal savo švelnumą ir savo maloningą gailestingumą. Išgelbėk mus savo nuostabiais darbais ir pašlovink savo vardą, Viešpatie! Teapi- ma sumišimas visus tuos, kurie daro pikta tavo tarnams; tebūna jie sugėdinti ir bejėgiai, tebūna sutriuškinta jų galybė! Tesužino, kad tu vienas

confundántur in omni poténtia tua: et robur eórum conterátur: et sciant, quia tu es Dóminus, Deus solus, et gloriósus super orbem terrárum, Dómine, Deus noster.

Graduale

Ps. 95, 8–9 et 28, 9. Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte Dóminum in aula sancta eius. **V.** Revelávit Dóminus condénsa: et in templo eius omnes dicent glóriam.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. (Luc. 7, 36–50)

In illo témpore: Rogábat Iesum quidam de pharisæis, ut manducáret cum illo. Et ingræssus domum pharisæi, discúbuit. Et ecce múlier, quæ erat in civitáte peccátrix, ut cognóvit, quod accubuísset in domo pharisæi, áttulit alabástrum unguénti: et stans retro secus pedes eius, lácrimis cœpit rigáre pedes eius, et capíllis cápitis sui tergébat, et osculabátur pedes eius, et unguénto ungébat. Videns autem pharisæus, qui vocáverat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset Prophéta, sciret útique, quæ et qualis est múlier, quæ tangit eum: quia peccátrix est. Et respóndens Iesus, dixit ad illum: Simon, hábeo tibi áliquid dícere. At ille ait: Magíster, dic. Duo debitóres erant cuidam fæneratóri: unus debébat denários quingéntos, et álius quinquá-

esi Viešpats Dievas, šlovingas visame pasaulyje, Viešpatie, mūsų Dieve.“

Gradualas

Ps 95, 8–9 ir 28, 9. Atneškite aukas ir eikite į jo prieangius. Garbinkite Viešpatį jo šventovėje. **V.** Viešpaties balsas triuškina ažuolus, o jo šventovėje visi šaukia: Šlovė!

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys. (Lk 7, 36–50)

Anuo metu: Vienas fariziejus užsiprašė Jėzų pietų. Atėjęs į fariziejaus namus, jis sėdo prie stalo. Ir štai moteris, kuri buvo žinoma mieste nusidėjėlė, patyrusi, kad jis fariziejaus namuose, atsinešė alebastrinį indą kvapaus tepalo ir, verkdama priėjusi iš užpakalio prie jo kojų, ėmė laistyti jas ašaromis, šluostyti savo galvos plaukais, bučiavo jo kojas ir tepė jas tepalu. Tai matydamos fariziejus, kuris buvo Jėzų pasikvietęs, samprotavo pats vienas: „Jeigu šitas būtų pranašas, jis žinotų, kas tokia ši moteris, kuri jį paliečia, – kad ji nusidėjėlė!“ O Jėzus prabilo: „Simonai, turiu tau ką pasakyti.“ Tas atsiliepė: „Sakyk, Mokytojau!“ – „Skolintojas turėjo du skolininkus. Vienas buvo skolingas penkis šimtus denarų, o ki-

gínta. Non habéntibus illis, unde rédderent, donávit utrísque. Quis ergo eum plus díligit? Respóndens Simon, dixit: Æstimo, quia is, cui plus donávit. At ille dixit ei: Recte iudicásti. Et convérsus ad mulíerem, dixit Simóni: Vides hanc mulíerem? Intrávi in domum tuam, aquam pédibus meis non dedísti: hæc autem lácrimis rigávit pedes meos et capíllis suis tersit. Osculum mihi non dedísti: hæc autem, ex quo intrávit, non cessávit osculári pedes meos. Oleo caput meum non unxísti: hæc autem unguénto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittúntur ei peccáta multa, quóniam diléxit multum. Cui autem minus dimíttitur, minus díligit. Dixit autem ad illam: Remittúntur tibi peccáta. Et coepérunt, qui simul accumbébant, dícere intra se: Quis est hic, qui étiam peccáta dimíttit? Dixit autem ad mulíerem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.

Offertorium

Ps. 136, 1. Super flúmina Babylónis illic sédimus et flévimus: dum recordarémur tui, Sion.

Secreta

Dómine, Deus noster, qui in his pótius creatúris, quas ad fragilitátis nostræ subsídium condidísti, tuo quoque nómini múnera iussísti dicánda constítui: tríbue, quæsumus;

tas – penkiasdešimt. Jiems neturint iš ko atiduoti, jis dovanajo abiem. Katras labiau jį mylės? Simonas atsakė: „Manau, jog tasai, kuriam daugiau dovanota.“ Jėzus tarė: „Teisingai nusprendei.“ Ir, atsisukęs į moterį, jis tarė Simonui: „Matai šitą moterį? Aš atėjau į tavo namus, tu nedavei man vandens kojoms nusi-mazgoti, o ji suvilgė jas ašaromis ir nušluostė savo plaukais. Tu manęs nepabučiavai, o ji, vos man atėjus, nesiliauja bučiavusi man kojų. Tu aliejumi man galvos nepatepei, o ji tepalu patepė man kojas. Todėl aš tau sakau: jai atleidžiama daugybė jos nuodėmių, nes ji labai pamilo. Kam mažai atleista, tas menkai myli.“ O jai tarė: „Atleidžiamos tau nuodėmės.“ Sėdintieji kartu už stalo pradėjo svarstyti: „Kas gi jis toks, kad net ir nuodėmes atleidžia?!“ O jis dar tarė moteriai: „Tavo tikėjimas išgelbėjo tave. Eik rami!“

Ofertorijus

Ps 136, 1. Prie Babilonijos upių – ten mes sėdėjome ir verkėme, kai prisiminėme tave, Sione.

Sekreta

Viešpatie, mūsų Dieve, Tu įsakei, kad Tavo vardui būtų atnašaujamos dovanos iš Tavo kūrinių, kuriuos Tu sutvėrei, kad palaikytum mūsų silpnumą. Duok, Tave meldžiamė, kad

ut et vitæ nobis præsentis auxiliū
et æternitatis efficiant sacramentum.
Per Dominum nostrum...

Præfatio de sancta Cruce

Vere dignum et iustum est, æquum
et salutāre, nos tibi semper et ubique
grátias ágere: Dómine, sancte Pater,
omnípotens ætérne Deus: Qui salú-
tem humáni géneris in ligno Crucis
constituísti: ut, unde mors oriebátur,
inde vita resúrgeret: et qui in ligno
vincébat, in ligno quoque vince-
rétur: per Christum, Dóminum nost-
rum. Per quem maiestátem tuam
laudant Angeli, adórant Domina-
tíones, tremunt Potestátes. Cæli cæ-
lorúmque Virtútes, ac beáta Séra-
phim sócia exsultatióne concéle-
brant. Cum quibus et nostras voces
ut admítteri iúbeas, deprecámur, súp-
plici confessióne dicétes: Sanctus.

Communio

Ps. 118, 49–50. Meménto verbi tui
servo tuo, Dómine, in quo mihi
spem dedísti: hæc me consoláta est
in humilitáte mea.

Postcommunio

Quod ore súmpsimus, Dómine, pura
mente capiámus: et de munere tem-
poráli, fiat nobis remédium sempit-
térnum. Per Dominum nostrum...

Oratio super populum

Humiliáte cápita vestra Deo.

jos taptų mums pagalba dabartiniam
ir amžinajam gyvenimui. Per mūsų
Viešpatį...

Šv. Kryžiaus prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir
išganinga mums visada ir visur Tau
dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve,
visagali amžinasis Dieve. Tau, kuris
žmonių giminės išgelbėjimą Kry-
žiaus medyje įtvirtinai, kad, iš kur
mirtis kilo, iš ten ir gyvenimas pri-
sikeltų; ir kas medžiu laimėjo, me-
džiu būtų ir nugalėtas, per Kristų,
mūsų Viešpatį. Per kurį Tavąją di-
dybę šlovina angelai, garbina vieš-
patystės, dreba galybės. Dangūs ir
dangų kunigaikštystės, taip pat ir
palaimintieji serafimai bendrai džiū-
gaudami ją šlovina. Liepk, prašome,
kad tarp jų būtų priimti ir mūsų bal-
sai, su nuolankiu išpažinimu sakan-
tys: Šventas.

Komunija

Ps 118, 49–50. Atsimink savo žodį,
Viešpatie, tartą savo tarnui, kuriuo
man davei vilties. Jis mane paguodė
mano pažeminime.

Postkomunija

Ką priėmė mūsų lūpos, Viešpatie,
tebūnie priimta tyra siela, kad lai-
kinoji dovana taptų amžinojo gyve-
nimo laidu. Per mūsų Viešpatį...

Oracija už žmones

Nusilenkite Dievui.

Esto, quæsumus, Dómine, propítius plebi tuæ: ut, quæ tibi non placent, respuéntes; tuórum pótius repleántur delectatió nibus mandatórum. Per Dominum nostrum...

Meldžiame Tave, Viešpatie, būk maloningas savo tautai, kad ji atmestų tai, kas Tau nepatinka, ir prisipildytų džiaugsmo, laikydamasi Tavo įstatymų. Per mūsų Viešpatį...

PENKTADIENIS PO I KANČIOS SEKMADIENIO

Pranašas Jeremijas, kurio knygos skaitinį šiandien girdime per Mišias, išreiškia teisiojo, apsupto jį sunaikinti besiruošiančių persekiotojų, liūdesį. Evangelija pasakoja apie teismo tarybą, kurioje buvo vieningai nuspręsta nužudyti Jėzų.

Introitus

Ps. 30, 10, 16 et 18. Miserére mihi, Dómine, quóniam tríbulor: líbera me, et éripe me de mánibus inimicórum meórum et a persecuéntibus me: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

Ps. 30, 2. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me.

Collecta

Córdibus nostris, quæsumus, Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerémur, quam súppliciis deputémur ætérnis. Per Dominum nostrum...

Lectio

Léctio Ieremíæ Prophéte. (Ier. 17, 13–18)

In diébus illis: Dixit Ieremías: Dó-

Introitas

Ps 30, 10, 16 ir 18. Pasigailėk manęs, Viešpatie, nes man sunku. Gelbėk mane ir išvaduok nuo mano priešų ir persekiotojų. Viešpatie, tenebūsiu sugėdytas, nes aš tavęs šaukiuosi.

Ps 30, 2. Tavimi, Viešpatie, pasitikiu, ir nebūsiu sugėdytas per amžius. Savo tiesa išgelbėk mane.

Kolekta

Suteik, meldžiame Tave, Viešpatie, mūsų širdims savo malonę, kad, nugalėdami savo nuodėmes laisvai apsiimtu marinimusi, verčiau laikinai kentėtume, negu būtume atiduoti amžinoms kančioms. Per mūsų Viešpatį...

Skaitinys

Skaitinys iš pranašo Jeremijo knygos. (Jer 17, 13–18)

Anomis dienomis: kalbėjo Jeremi-

mine, omnes, qui te derelínquunt, confundéntur: recedéntes a te in terra scribeántur: quóniam dereliquerunt venam aquárum vivéntium Dóminum. Sana me. Dómine, et sanábor: salvum me fac, et salvus ero: quóniam laus mea tu es. Ecce, ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Dómini? Véniat. Et ego non sum turbátus, te pastórem sequens: et diem hómínis non desiderávi, tu scis. Quod egréssum est de lábiis meis, rectum in conspéctu tuo fuit. Non sis tu mihi formídini, spes mea tu in die afflictiónis. Confundántur, qui me persecúntur, et non confúndar ego: páveant illi, et non páveam ego. Induc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dómine, Deus noster.

Graduale

Ps. 34, 20 et 22. Pacífice loquebántur mihi inimíci mei: et in ira molésti erant mihi. **V.** Vidísti, Dómine, ne síleas: ne discédas a me.

Tractus

Ps. 102, 10. Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

Ps. 78, 8–9. **V.** Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur.*) **V.**

jas: „Viešpatie! Visi, kurie tave palieka, bus sugėdinti; visi, kurie šia me krašte maištauja prieš tave, bus nužeminti, nes jie paliko Viešpatį, gyvojo vandens šaltinį. Gydyk mane, Viešpatie, kad tikrai būčiau išgydytas; gelbėk mane, kad aš būčiau išgelbėtas, nes tu – mano gyrius. Girdi, ką jie man sako: „Kurgi tas Viešpaties žodis? Teišsipildo!“ Bet aš nevengiau būti ganytoju tavo tarnyboje, nelaimės dienos aš netroškau. Tu pats gerai žinai, kas buvo mano lūpose, – aišku tau, ką sakiau. Nebūk man klaikas, tu – priebėga nelaimės dieną! Tebūna sugėdinti mano persekiotojai, o ne aš! Tenustoja drąsos jie, o ne aš! Siųsk jiems nelaimės dieną, triuškind juos ir triuškind, Viešpatie, mūsų Dieve!“

Gradualas

Ps 34, 20 ir 22. Taikiai kalbėjo man priešai, bet mane vargino įtūžę. **V.** Tu tai matei, Viešpatie, tad netylėk; neatsitolink nuo manęs.

Traktas

Ps 102, 10. Viešpatie, ne pagal nuodėmes, kurias mes padarėme, ne pagal mūsų nusizengimus atlygink mums.

Ps 78, 8–9. **V.** Viešpatie, neatsimink mūsų senųjų kaltybių, veikiai tepasitinka mus tavo gailestingumas, nes mes pasidarėme be galo neturtingi. (*Čia priklaupijama.*) **V.** Padėk

Adiuvā nos, Deus, salutāris noster: et propter glóriam nómīnis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

Evangelium

Sequēntia sancti Evangélii secūndum Ioánnem. (Ioann. 11, 47–54)

In illo témpore: Collegérunt pontífices et pharisæi concílium advérsus Iesum, et dicébant: Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimíttimus eum sic, omnes credent in eum: et vénient Románi, et tollent nostrum locum et gentem. Unus autem ex ipsis, Cáiphās nómīne, cum esset póntifex anni illíus, dixit eis: Vos nescítis quidquam, nec cogitátis, quia expédit vobis, ut unus moriátur homo pro pópulo, et non tota gens péreat. Hoc autem a semetípso non dixit: sed cum esset póntifex anni illius, prophetavit, quod Iesus moritúrus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispérsi, congregáret in unum. Ab illo ergo die cogitavérunt, ut interfícèrent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulábat apud Iudaeos: sed ábiit in regióne iuxta desértum, in civitatē, quæ dícitur Ephrem, et ibi morabátur cum discípuulis suis.

Offertorium

Ps. 118, 12, 121 et 42. Benedíctus

mums, Dieve, mūsu Gelbētojau, ir dēl savojo vardo garbēs, Viešpatie, išvaduok mus ir dovanok mūsu kaltybes dēl savojo vardo.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys. (Jn 11, 47–54)

Anuo metu: Aukštieji kunigai ir fariziejai sušaukė teismo tarybą ir svarstė: „Ką darysime? Šitas žmogus daro daug stebuklų. Jei taip jį paliksime, visi įtikės jį; ateis romėnai ir sunaikins šventąją vietą bei mūsų tautą.“ Vienas iš jų – Kajafas, tais metais vyriausiasis kunigas – jiems tarė: „Jūs nieko neišmanote ir nepagalvojate, jog jums geriau, kad vienas žmogus mirtų už tautą, o ne visa tauta žūtų.“ Jis tai pasakė ne iš savęs, bet, būdamas tų metų vyriausiasis kunigas, pranašavo, jog Jėzui reikės mirti už tautą, ir ne tik už tautą, bet tam, kad suburtų į vienybę išsklaidytuosius Dievo vaikus. Nuo tos dienos jie buvo tvirtai pasiryžę jį nužudyti. Todėl Jėzus daugiau nebevaikščiojo viešai tarp žydų, bet pasitraukė iš ten į vietovę dykumos pakraštyje, į miestelį, vadinamą Efraimu. Ten jis ir apsistojo kartu su mokiniais.

Ofertorijus

Ps 118, 12, 121 ir 42. Palaimintas

es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas: et non tradas calumniántibus me supérbis: et respondébo exprobrántibus mihi verbum.

Secreta

Præsta nobis, miséricors Deus: ut digne tuis servíre semper altáribus mereámur; et eórum perpétua participatióne salvári. Per Dominum nostrum...

Præfatio de sancta Cruce

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vince-rétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominationés, tremunt Potestátes. Cæli cælorumque Virtútes, ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítii iúbeas, deprecámur, súplici confessiόne dicétes: Sanctus.

Communio

Ps. 26, 12. Ne tradíderis me. Dómine, in animas persecúentium me: quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

esi, Viešpatie. Mokyk mane savo nuostatų. Neatiduok manęs tiems, kurie mane slegia, ir aš atsakysiu šmeižikams.

Sekreta

Suteik mums, gailestingasis Dieve, malonę visuomet vertai tarnauti Tavo altoriui ir, per nuolatinį aukos atnašavimą ant jo, būti išganytiems. Per mūsų Viešpatį...

Šv. Kryžiaus prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve. Tau, kuris žmonių giminės išgelbėjimą Kryžiaus medyje įtvirtinai, kad, iš kur mirtis kilo, iš ten ir gyvenimas prisikeltų; ir kas medžiu laimėjo, medžiu būtų ir nugalėtas, per Kristų, mūsų Viešpatį. Per kurį Tavąją didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, dreba galybės. Dangūs ir dangų kunigaikštystės, taip pat ir palaimintieji serafimai bendrai džiūgaudami ją šlovina. Liepk, prašome, kad tarp jų būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu sakan-tys: Šventas.

Komunija

Ps 26, 12. Neatiduok manęs, Viešpatie, priešininkų savivalei, nes prieš mane sukilo melagingi liudytojai ir smurtu alsuoja.

Postcommunio

Sumpti sacrificii, Dómine, perpetua nos tuítio non derelínquat: et nóxia semper a nobis cuncta depéllat. Per Dominum nostrum...

Oratio super populum

Humiliáte cápita vestra Deo.

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberáti a malis ómnibus, secúra tibi mente serviámus. Per Dominum nostrum...

Postkomunija

Teneapleidžia mūsų, Viešpatie, priimtoms aukos globa ir visada teatitolina visa, kas mums kenkia. Per mūsų Viešpatį...

Oracija už žmones

Nusilenkite Dievui.

Suteik mums, visagali Dieve, savo apsaugos malonę, kad, išvaduoti iš visų blogybių, galėtume ramiai Tau tarnauti. Per mūsų Viešpatį...

ŠEŠTADIENIS PO I KANČIOS SEKMADIENIO

Šios dienos Evangelija numato Verbų sekmadienio įvykius, kuriuos švęsime rytoj. Po mūsų Viešpaties iškilmingo įžengimo į Jeruzalę aprašymo eina evangelisto Jono pasakojimas apie ne mažiau svarbų įvykį. Keletas graikų, prašančių Pilypą nuvesti juos pas Jėzų, yra būsimojo derliaus ženklas. Mūsų Išganytojo siela buvo giliai sukręsta; juk prisiartino metas, kai, pakeltas nuo žemės, Jis patrauks visus žmones prie savęs.

Introitus

Ps. 30, 10, 16 et 18. Miserére mihi, Dómine, quóniam tríbulator: libera me, et éripe me de mánibus inimicórum meórum et a persecuéntibus me: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

Ps. 30, 2. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætétnum: in iustítia tua líbera me.

Collecta

Proficiat, quæsumus, Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis afféctu: ut

Introitas

Ps 30, 10, 16 ir 18. Pasigailėk manęs, Viešpatie, nes man sunku. Gelbėk mane ir išvaduok nuo mano priešų ir persekiotojų. Viešpatie, tenebūsiu sugėdytas, nes aš tavęs šaukiuosi.

Ps 30, 2. Tavimi, Viešpatie, pasitikiu, ir nebūsiu sugėdytas per amžius. Savo tiesa išgelbėk mane.

Kolekta

Viešpatie, tegul Tavo tauta, Tau pašvęsta, daro pažangą nuoširdžia-

sacris actiōnibus erudíta, quanto maiestáti tuæ fit grátior, tanto donis potiórius augeátur. Per Dominum nostrum...

Lectio

Lectio Ieremiæ Prophétæ. (Ier. 18, 18–23)

In diébus illis: Dixérunt ímpii Iudæi ad ínvicem: Veníte, et cogitémus contra iustum cogitatiónes: non enim períbit lex a sacerdoté, neque consílium a 168 Sabbato post Dominicam de Passione sapiénite, nec sermo a prophéta: veníte, et percutiámus eum lingua, et non attendámus ad univérso sermónes eius. Atténde, Dómine, ad me, et audi vocem adversariórum meórum. Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ? Recordáre, quod stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, et avérterem indignatiónem tuam ab eis. Proptérea da filios eórum in famem, et deduc eos in manus gládii: fiant uxóres eórum absque líberis, et víduæ: et viri eárum interficiántur morte: iúvenes eórum confodiántur gládio in prælio. Audiátur clamor de dómibus eórum: addúces enim super eos latrónem repénite: quia fodérunt fóveam, ut cáperent me, et láqueos abscondérunt pédibus meis. Tu autem, Dómine, scis omne consílium eórum advérsus me in

me pamaldume, kad, pašvęsta šventomis paslaptimis, šlovindama Tavo didybę, gautų iš Tavęs vis daugiau malonių. Per mūsų Viešpatį...

Skaitinys

Skaitinys iš pranašo Jeremijo knygos. (Jer 18, 18–23)

Anomis dienomis: nedorėliai žydai kalbėjo vienas kitam: „Eikite šen ir susitarkime prieš teisųjį, nes ir be jo niekad nestigs nei kunigų mokymo, nei išminčių patarimo, nei pranašų žodžio. Eikit šen! Sunaikinkime jį jo paties liežuviu, – dėmėkimės visa, ką jis sako.“ „Atkreipk dėmesį į mane, Viešpatie! Klausykis, ką sako mano priešai! Ar galima už gera atlyginti piktu? Jie man duobę iškasė, kad mane nužudytų. Atmink, kaip aš stovėjau prieš tave kalbėdamas jų labui, nukreipdamas nuo jų tavąjį pyktį! Todėl atiduok jų vaikus badui, sunaikink juos pačius kalaviju. Tebūna jų žmonos bevaikės ir našlės! Teišguldo jų vyrus maras, o jų jaunuolius kalavijas kare. Teaidi šauksmai iš jų trobų, kai tu staiga atvesi niokotojų gaują, nes jie iškasė duobę man pagauti, jie paspendė spąstus mano kojoms. Bet tu, Viešpatie, gerai žinai visus jų kėsnius mane nužudyti. Atgailos už jų nusikaltimą nepriimk, neištrink jų nuodėmės iš savo akių! Parblošk juos savo akivaizdoje, elkis su jais be gailėsčio pagautas pykčio, Vieš-

mortem: ne propitiéris iniquitáti eórum, et peccátum eórum a fácie tua non deleátur. Fiant corruéntes in conspéctu tuo, in témpore furóris tui ab útere eis, Dómine, Deus noster.

Graduale

Ps. 34, 20 et 22. Pacífice loquebántur mihi inimíci mei: et in ira molésti erant mihi. **V.** Vidísti, Dómine, ne síleas: ne discédas a me.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Ioánnem. (Ioann. 12, 10–36)

In illo témpore: Cogitavérunt príncipes sacerdótum, ut et Lázarus interfícerent: quia multi propter illum abíbant ex Iudaeis, et credébant in Iesum. In crastínium autem turba multa, quæ vénerat ad diem festum, cum audíssent, quia venit Iesus Ierosólymam, accepérunt ramos palmárum, et processérunt óbviam ei, et clamábant: Hosánna, benedíctus, qui venit in nómine Dómini, Rex Israel. Et invénit Iesus aséllum, et sedit super eum, sicut scriptum est: Noli timére, fília Sion: ecce, Rex tuus venit sedens super pullum ásínæ. Hæc non cognovérunt discípuli eius primum: sed quando glorificátus est Iesus, tunc recordáti sunt, quia hæc erant scripta de eo: et hæc fecérunt ei. Testimónium ergo perhibébat turba, quæ erat cum eo, quando Lázarus vocá-

patie, mūsų Dieve!“

Gradualas

Ps 34, 20 ir 22. Taikiai kalbėjo man priešai, bet mane vargino įtūžę. **V.** Tu tai matei, Viešpatie, tad netylėk; neatsitolink nuo manęs.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Joną tęsinys. (Jn 12, 10–36)

Anuo metu: Aukštieji kunigai dabar nusprendė nužudyti ir Lozorių, nes daugybė žydų per jį atsitraukė nuo jų ir įtikėjo Jėzų. Rytojaus dieną gausiai susirinkusi į šventes minia sužinojo, kad Jėzus ateinąs į Jeruzalę. Žmonės pasiėmė palmių šakų ir išėjo jo pasitikti, garsiai šaukdami: „Osana! Garbė tam, kuris ateina Viešpaties vardu – Izraelio Karaliui!“ Jėzus, gavęs asiliuką, užsėdo ant jo, kaip parašyta: „Nebijok, Siono kalno dukra: štai atvyksta tavo karalius, jis joja ant asilaičio!“ Iš pradžių mokiniai šito nesuprato, bet kai Jėzus buvo pašlovintas, atsiminė, kad tai buvo apie jį parašyta ir jie buvo jam tai padarę. Taigi dabar liudijo apie jį minia, buvusi su juo, kai jis pašaukė Lozorių iš kapo ir prikėlė iš numirusių. Žmonės todėl ir išėjo jo pasitikti, kad buvo girdėję

vit de monuménto, et suscitávit eum a mórtuis. Proptérea et óbviam venit ei turba: quia audiérunt eum fecísse hoc signum. Pharisæi ergo dixérunt ad semetípsos: Vidétis, quia nihil profícimus? Ecce, mundus totus post eum ábiit. Erant autem quidam gentíles ex his, qui ascénderant, ut adorárent in die festo. Hi ergo accessérunt ad Philíppum, qui erat a Bethsáida Galilææ: et rogábant eum, dicéntes: Dómine, vólumus Iesum vidére. Venit Philíppus, et dicit Andréæ: Andréas rursum et Philíppus dixérunt Iesu. Iesus autem respóndit eis, dicens: Venit hora, ut clarificétur Fílius hóminis. Amen, amen, dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet: si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam: et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. Si quis mihi mínistrat, me sequátur: et ubi sum ego, illic et mínister meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus. Nunc anima mea turbáta est. Et quid dicam? Pater, salvífica me ex hac hora. Sed proptérea veni in horam hanc. Pater, clarífica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificávi, et íterum clarificábo. Turba ergo, quæ stabat et audíerat, dicebat tonítuum esse

jį padarius tą ženklą. O fariziejai kalbėjo vieni kitiems: „Žiūrėkite, jūs nieko negalite padaryti. Štai visas pasaulis eina paskui jį!“ Tarp atėjusių per šventes Dievo pagarbinti buvo ir graikų. Jie kreipėsi į Pilypą, kilusį iš Galilėjos miesto Betsaidos, prašydami: „Gerbiama sis, mes norėtume pamatyti Jėzų!“ Pilypas nuėjo ir pasakė Andriejui, paskui jie abu – Andriejus ir Pilypas – atėję pranešė Jėzui. O Jėzus jiems tarė: „Atėjo valanda, kad būtų pašlovintas Žmogaus Sūnus. Iš tiesų, iš tiesų sakau jums: jei kviečių grūdas nekris į žemę ir neapmirs, jis pasiliks vienas, o jei apmirs, jis duos gausių vaisių. Kas myli savo gyvybę, ją pražudys, o kas nekenčia savo gyvybės šiame pasaulyje, išsaugos ją amžinajam gyvenimui. Kas nori man tarnauti, tegul seka paskui mane: kur aš esu, ten bus ir mano tarnas. Kas man tarnaus, tą pagerbs mano Tėvas. Dabar mano siela sukrėsta. Ir ką aš pasakysiu: „Tėve, gelbėk mane nuo šios valandos!“? Bet juk tam aš ir atėjau į šią valandą. Tėve, pašlovink savo vardą!“ Tuomet iš dangaus ataidėjo balsas: „Aš jį pašlovinau ir dar pašlovinysiu!“ Aplink stovinti minia, tai išgirdusi, sakė griaustinį sugriaudus. Kai kurie tvirtino: „Angelas jam kalbėjo.“ O Jėzus atsakė: „Ne dėl manęs, o dėl jūsų pasigirdo tas bal-

factum. Alii dicébant: Angelus ei locútus est. Respóndit Iesus et dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc iudícium est mundi, nunc princeps huius mundi eiiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra, ómnia traham ad meípsum. – Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moritúrus. – Respóndit ei turba: Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum, et quómodo tu dicis: Oportet exaltári Fílium hominis? Quis est iste Fílius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte, dum lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehéndant: et qui ámbulat in ténebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habétis, créдите in lucem: ut fílii lucis sitis. Hæc locútus est Iesus: et ábiit, et abscondit se ab eis.

Offertorium

Ps. 118, 12, 121 et 42. Benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas: et non tradas calumniántibus me supérbis: et respondébo exprobrántibus mihi verbum.

Secreta

Acunctis nos, quæsumus, Dómine, reátibus et perículis propitiátus absólve: quos tanti mystérii tríbuis esse consórtes. Per Dominum nostrum...

sas. Dabar teisiamas šitas pasaulis. Dabar šio pasaulio kunigaikštis bus išmestas laukan. O aš, kai būsiu pakeltas nuo žemės, visus patrauksiu prie savęs.“ Jis tai pasakė nurodydamas, kokia mirtimi jam reikės mirti. O žmonės jam sakė: „Mes girdėjome iš Įstatymo, kad Mesijas pasiliks per amžius. Kodėl tu sakai, kad Žmogaus Sūnus turės būti iškeltas aukštyn? Kas gi tas Žmogaus Sūnus?“ Jėzus atsakė: „Jau nebeilgai šviesa bus tarp jūsų. Vaikščiokite, kol turite šviesą, kad neužkluptų jūsų tamsa. Kas vaikščioja tamsoje, tas nežino, kur eina. Kol turite šviesą, tikėkite ją, kad taptumėte šviesos vaikais.“ Tai pasakęs, Jėzus pasišalino ir pasislėpė nuo jų.

Ofertorijus

Ps 118, 12, 121 ir 42. Palaimintas esi, Viešpatie. Mokyk mane savo nuostatų. Neatiduok manęs tiems, kurie mane slegia, ir aš atsakysiu šmeižikams.

Sekreta

Meldžiame Tave, Viešpatie, gailėtingai išlaisvink nuo atpildo už nuodėmes ir nuo visų pavojų tuos, kuriuos Tu padarei tokios didžios slapties dalyviais. Per mūsų Vieš-

patį...

Præfatio de sancta Cruce

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus: Qui salutem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vince-rétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Domina-tiónes, tremunt Potestátes. Cæli cæ-lorúmque Virtútes, ac beáta Séra-phim sócia exsultatióne concéle-brant. Cum quibus et nostras voces ut admítiti iúbeas, deprecámur, súp-plici confessióne dicéntes: Sanctus.

Communio

Ps. 26, 12. Ne tradíderis me, Dómine, in ánimas persecúentium me: quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

Postcommunio

Divíni múneris largitáte satiáti, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut huius semper participatióne vivá-mus. Per Dominum nostrum...

Oratio super populum

Humiliáte cápita vestra Deo.
Tueátur, quæsumus, Dómine, déxte-

Šv. Kryžiaus prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve. Tau, kuris žmonių giminės išgelbėjimą Kryžiaus medyje įtvirtinai, kad, iš kur mirtis kilo, iš ten ir gyvenimas prisikeltų; ir kas medžiu laimėjo, medžiu būtų ir nugalėtas, per Kristų, mūsų Viešpatį. Per kurį Tavąją didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, dreba galybės. Dangūs ir dangų kunigaikštystės, taip pat ir palaimintieji serafimai bendrai džiū-gaudami ją šlovina. Liepk, prašome, kad tarp jų būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu sakan-tys: Šventas.

Komunija

Ps 26, 12. Neatiduok manęs, Viešpatie, priešininkų savivalei, nes prieš mane sukilo melagingi liudytojai ir smurtu alsuoja.

Postkomunija

Pasotinti dangiškomis dovanomis meldžiame Tave, Viešpatie, mūsų Dieve, kad visuomet būtume šio gyvenimo dalininkai. Per mūsų Viešpatį...

Oracija už žmones

Nusilenkite Dievui.
Meldžiame Tave, Viešpatie, tesaugo

ra tua pópulum deprecántem: et purificátum dignánter erúdiat; ut, consolatióne præsénti, ad futúra bona profíciat. Per Dominum nostrum...

Tavo dešinioji Tavęs besišaukiančius žmones ir, nuvalytus nuo nuodėmių, vertai teapšviečia, kad šia paguoda jie siektų būsimų gėrybių. Per mūsų Viešpatį...